



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

S. Antonij Abbatis & Confessoris festo Paraphrasis in Lectionem Sap. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

mine vi à proposito sancto tuo recedas, noli vacillare tu, sed pertinax etiã, bis, terve omnes qui offendi volunt, offende & quanto tuis illorum blanditijs aut minis etiam non acquiescas, vt tandem nemo molestus tibi sit, nemo non laudet etiam te. Habet enim etiam apud inimicos semper tam virtus, quã veritas laudem. Nam ab omnino reprobis quid timendum est? Profecto prorsus nihil. His namq; si acquieueris, perdent te: si non acquieueris, detestabuntur te. Verum hoc non ad ignominia tibi cedit, sed ad laudem. Quid enim illi dignè laudant aut vituperant? Cæci sunt, & iudicio carent. Contra illorum odia Christus te consolatur, dicens: *Beati eritis cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter Filium hominũ. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celo.* Itemq; *Nolite mirari, quia odit vos mundus. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat in vobis diligeret. Sed quia de mundo non estis propterea odit vos mundus.* Quis est de mundo? Profecto qui terrena sapit, qui secundum carnem vivit, qui non obedit spiritui Dei. Hi sunt mundus. Hi sunt à quibus omnes, qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. Itaque si hominibus huiusmodi placere vis, non poteris placere Deo. Si etiam huiusmodi placeres, id est, placere affectares, Christi seruus non esses. Hæc prima conuersionis tentatio est, odia ac hominum contemptum in Dei seruitio pati. Veruntamen noli tu ad modum arundinis vento agitari. Constantis perseuera in tuo bono proposito, præsertim, cui sacra consentit scriptura, & maioris tui aut Ecclesiæ autoritas quid verò de te loquatur sentiant ve homines, contemne. Postremo vt vnde digressus sum, redeam, cum sanctis Magis Christum quære, Christum inueni, ante Christum procide, Christum adora, Christo offer munera, aurum charitatis, thus deuotionis, & myrrham abnegationis, ac mortificationis. Quod nobis omnibus largiatur mellifluus amabilissimusq; puer Dominus Iesus Christus, in seculis benedictus, Amen.

Reprobi homines qui non sunt timendi.

Math. 5. Luc. 6.

1. Ioan. 3. Ioan. 15. De mundo quoniam esse dicantur. Tim. 3. Gala. 6.

Tentatio prima conuersionis quænam sit. Matth. 11.

IN FESTO S. ANTONII ABBATIS AC CONFESSORIS. Lectio lib. Sapient. Cap. X,

Ustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum. Honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenturum illum assuit, & honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum: & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descendit quæ cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferet illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui macularunt illum, & dedit illi claritatem æternam.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIONEM.

Tot nobis eximie sanctitatis proponuntur exempla, tot incentiua virtutum, vt durissimus quisue possit corde compungi, & excusso frigidi

ac mundo huic dediti pectoris sui torpore, inflammari fortiter ad querendum, colendum & amandum Deum. Quod si obrepat pusillanimitas, tanquam ardua res sit seruire Deo, tamen animari potest exemplis hominum mortalium, quorum certè eadem nobiscum secundum carnem conditionis ratio, eadem infirmitas fuit, qui nihilominus diuina freti ope in tantam excreuere sanctitatem, vt nemo satis mirari queat. Si illi potuerunt, nos idem non poterimus? Si illis Deus auxilio fuit, vt possent, nobis etiam non erit? Aut fortè illi dormiendo & oriando suas sunt adepti virtutes, & Deus illis stertentibus suam impertijt gratiam? Imo verò bonus Dominus, qui nihil sic optat, quam nos sublimes in gratia & gloria efficere, dabit nobis propensissima liberalitate quicquid ad miniculo nobis esse queat, ad apprehendendam iusticiam: sed conatus noster ad hoc oportet, vt queramus, petamus, pulsemus. Ad hoc incitatur exemplo beatissimi Christi confessoris, cuius nunc festum colimus, cui quam aptissime accommodari possunt verba Iustionis hodiernæ Epistolæ desumptæ ex libro Sapientiæ, quibus dicitur: Iustum deduxit Dominus, tum continua suæ gratiæ aspiratione, tum angelica inspiratione, tum etiam scripturæ diuinæ institutione multiplici, per vias rectas, vias virtutum: & iustitiæ, quæ rectæ sunt, quia hominem, recta perducunt ad creatorem, eumque rectum & iustum efficiunt, alienum à vitiorum obliquitate: & ostendit illi, siue per speculum in ænigmate, tum angelica inifestam visionem, siue per crebras & felices degustationes, regnum Dei, quod est patria omnium filiorum Dei, qui modo quotidie in hoc misero calamitosi sæculi huius exilio suspirant, dicentes Patri suo cælesti: *Adueniat regnum tuum*, quod parasti nobis à mundi constitutione, vt educi de squalore carceris huius videamus faciem tuam, & tibi felicissime copulemur. Dedit etiam illi scientiam sanctorum, vt caperet scripturæ mysteria, & illuminatis oculis cordis Deum ac diuina perspiceret, perspectaque amaret. Hoc enim præstat salutaris scientia, quam non habent mali, vt mundus & quicquid mundi est, id est, vitia, voluptates, vanitates magis magisque vertantur in nauseam, & summum bonum, id est, Deus & quicquid ad illum pertinet, vt sunt virtutes, &c. expetatur ac inquiratur. Honestauit illum ac celeberrime fecit, in laboribus pijs, qui cederent ad honorem Dei & salutem animarum, & compleuit labores illius, atque ad finem perduxit, reddens illis mercedem nunquam desituram: *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus*. Nec tamen labor ipse perpetuus est, sed breuis, vt sit tolerabilis: merces autem sempiterna est, vt non deficiamus benefacientes, sed molestiam quam parit laboris difficultas, præmij contemplatio mitiget & qui tædio lassescimus, spe gloriæ recreemur. Atqui labores impiorum nunquam complentur, quia transeunt de laboribus ad labores: de laboribus scilicet iniquitatis ad labores miseriae semper duraturæ: qui vitinam pro sua salute tertiam laborum partem insumerent, quam modo pro rebus perituris infatigabiliter impendunt, ceterum poenas euaderent, sed etiam ad maximam pertingent sanctitatem. In fraude circumuentium illum, demonum & hominum pestiferorum, adfuit per salutaris consilij inspirationem, per promptam & celerem liberationem: & honestum fecit illum, ita vt ab omnibus prædicetur, & magna in pretio ac veneratione habeatur. Solet enim Deus seruis suis in bonum

Lucæ 11.

Vir rectæ
quam di-
cantur.

1. Corin. 13.

Math. 6.

Lucæ 11.

Math. 25.

Scientia san-

ctorum qua-

sit.

Math. 20.

Sapient. 3.

1. Thess. 3.

conuertere, quæ aduersum eos inimici visibiles ac inuisibiles infidiose machinantur. Custodiuit illum ab inimicis, ne quod ab eis animæ detrimentum pateretur: & à seductoribus tum dæmonibus, tum hominibus, tutatus est ac seruauit illum, ne vel dæmonum fallaciosis instinctibus, vel hominum improbis consilijs seduceretur. Quod sanè maximum est beneficium Dei, seruari scilicet ab fraudibus & dolis hostium visibilibus & inuisibilibus. ^{1. Tim. 2.}

Multi enim seductores exierunt in mundum, & euertunt plurimos, uti nos quotidie experimur. Et certamen fortè dedit illi, multas ei duras & acres sineus euenire tentationes mundi, carnis, & dæmonis, idquæ non in perniciem, sed salutem illius, ut vinceret, & post victoriam gloriosius coronaretur, & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia, Christus Iesus Dominus noster, cui nihil potest resistere. Hæc venditum iustum Ioseph à fratribus suis non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, eripiens eum de morte quam ei machinati erant, descenditque cum illo in foueam siue cisternam in quam submiserunt eum, & in vinculis carceris non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum & principatum regni Aegyptij, & potentiam aduersus eos qui eum per calumniam deprimebant. Habent enim pij omnes suos calumniatores, qui cum veritate nõ possint, mendacijs eos persequantur & calumnientur: verum non nisi in confusionem sui. Bonis enim aliorum malitia nihil offecit, sed Deo disponente in bonum vertitur. Et mendaces ostendit re ipsa, qui maculauerunt illum falsis & iniquis obreftationibus, & dedit illi claritatem æternam. Sic & Dominus Deus hunc sanctum suum multis modis defendit aduersus hominum calumnias, & misericè exaltauit, & nuntiam in militanti quam triumphanti Ecclesia maximam illi contulit nominis & existimationis claritatem. ^{Gene. 37.}

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM FESTI.

Matthæi XIX.

ANTE huius Eüangelij verba locutus fuisse Dominus legitur, de diuitibus, quam sit illis difficile saluari. Nempe, qui suas solent amare diuitias atque terrena negotia, nunquam non suis in cordibus inquieti ac solliciti, quomodo suas augeant diuitias, quomodo non minuantur. Inter quæ, si quid calamitosum tristeve illis occurrerit, ut terreni lucræ quid amittant, mille telis perfodiuntur. Sunt igitur diuitiæ dulce quidem venenum, sed inquietum malum, quamuis & apud illos plerumque ipsa quoque ^{Diuitiæ vt sint dulce venenum.} inquietudo ametur. Dicebat autem Dominus facilius camelum transire per foramen acus, quam diuitem, puta suas diuitias amantem, atque diuitijs suis auare incubantem, intrare in regnum cælorum. Qua comparatione perculsi Apostoli, Domino dixerunt: Quis poterit saluus fieri. Ac si dicerent: In vniuersum mundus post terrena abiit, & caducarum rerum concupiscentia, quasi laqueis quibusdam rotus irretitus est. Quis euadet? Nunquid omnes in interitum ibunt? Respondit Dominus: Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum. Quasi impossibile dicit esse hominibus ab amore diuitiarum sese extricare: quamuis id ut fiat possibile sit apud Deum. Hinc enim omnia cædunt, huic omnia pernia sunt & quocumque vult ea, flestit. Non deest ei consilium, quin diuitum quorundam custodiat corda, ne

ex diuitijs inflentur, ne alios despiciant homines, ne amēt terrena nimium, ne auare recineant, sed in subsidium diuidant egenorum, ne ue etiam prodige sumptuosēq; ad mundi fastum consumant. Veruntamen quam rarus huiusmodi scriptura enunciat, dicens: *Beatus diues, qui inuentus est sine macula & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia thesaurū. Quis est hic, & laudamus eum?* Hac itaque sententię Christi moderatione audita circa diuites, Petrus non animo gloriandi, sed humiliter inuestigandi sciscitatur quid propterea sibi apostolisq; reliquis sit futuri pręmiij (quandoquidem cum diuitibus ita res agitur) vrpote qui terrena simul omnia reliquerunt. Itaque dicit Euangelista Matthęus:

Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?

Hieronym.
Matth. 4.
Chrysostr.

Grandis, inquit Hieronymus fiducia, Petrus piscator erat, diues non fuerat: & tamen confidenter loquens, ait: Dimisimus omnia. Chrysostromus quoque, Quęnam sunt, inquit, hęc omnia, quę te dicis Beatissime Petre reliquisse? Arundinem vilissimam, recia, vniuersorumq; piscatorum arctium: hęc tu omnia vocas? Ita, inquit: sed non ambitione quadam, aut in gloria: verum, vt pauperum plebem hac interrogatione introducam. Nę quoniam à Domino dictum est, *Si vis perfectus esse, vende quę habes, & distribue pauperibus: & habebis in celo thesaurum*: ne quis pauperum opinetur non posse ad perfectionem se petuenire, cum non habeat, quę pauperibus offerat, quærnt Petrus, vt tu discas, nihil te minus propter inopiam habiturum. Hęc ille. Vide autem, quia interrogando, ad Christi sententiam alludere dicitur iuueni, qui multas possidebat diuitias: *Vende omnia & da pauperibus, & sequere me*. Vtrumque enim Apostoli fecerant. Siquidem terrena omnia dimiserant, & Christum sunt secuti. Sed quę inquis, adhuc omnia reliquerunt? Omnia profecto quę habuerunt, & quę habere potuerunt. Omnia reliquit, qui nihil sibi retinet. Omnia reliquit, qui non solum terrena omnia, sed etiam habendi à se abdicat animum. Plus itaque S. Petrus, & nonnulli alij Apostoli reliquerunt, qui, licet pauca possiderent, ea tamen omnia reliquerunt, nihil sibi asseruantes, quam alij quidam, qui multa relinquendo distribuerunt pauperibus: nihilominus etiam nonnulla sibi in:erea referentes. Hoc modo vidua illa euangelica, duo sola habens minuta, & eadem in gazophylatium offerens, laudata est à Domino, quod plus alijs omnibus obtulerit: propterea, quod alij omnes de abundantia sua obtulerint, ipsa vero totum simul quod habuit, obtulit. Et sequuti sumus inquit, te. Hoc potissimum est, quod Christo placet. Nihil enim nos commendaret Deo facultatibus terrenis nudari, pauperem agere vitam, cum penuria & sobrietate necessarijs vti, nisi id fieret propterea vt illi placeatur. Nihil inquam conduceret nobis ad salutem, nisi animo ac mente quoque sequamur Christum, vitę eius vestigia, virtutumq; actus, quos nobis pręmonstrauit, imitando. Quid ergo erit nobis pręmiij? Pecimus quod iussisti. Optime igitur magister, piissime consolator, qui nihil relinquis irremuneratum: omnia reliquentes, vnum te elegimus, qui sufficis nobis (in te namque habemus omnia) quid præstabis nobis?

Matth. 9.
Marc. 10.
Lucę 19.

Matth. 19.
Matth. 10.

Apostoli quęnam omnia reliquerunt Christum secuti.

Marc. 12.
Lucę 21.

Sequi Christum quę sit gloriificum & commendabile.

Iesus autem dixit eis: Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

Hic, inquit, erit honor vobis, hoc premium, qui reliquistis omnia, qui me perseveranter estis secuti (ne Iudam quoque ac reliquos, qui perfectionis aliquando specimen praebuerunt, ac laudatae vitae habuerunt initia non perseverantiam, putetis adnumerandos.) At vos non solum Apostoli, sed quicumque estis me secuti, hic in terris imitando vestigia humilitatis, ac paupertatis meae: propterea quod non erubissetis per contemptum & probrum tribulationes & adversa, per ignem & aquam me sequi, hoc honore vos dignabor, ut in regeneratione, resurrectionis scilicet futurae, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, blandus & amabilis bonis, malis terribilis: cum, inquam, sederit iudex discussurus singulorum merita, & unumquemque secundum opera sua iudicaturus, tunc vos assidebitis illi super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Iudicabitis, inquit, eos ex collatione vestrae fidei, quando quidem illis non credentibus, vos credidistis. Vos igitur illis eritis in speculum gloriae, & in terrorem damnationis: quia videbunt in vobis, quam insensati vestram vitam olim putaverint insaniam: nunc vero inter filios Dei, & iudicis assessores constitutos. Tunc gementes, agnoscent stupore horribili, & dicent: *Hi sunt, quos aliquando habuimus in d. risum. & in similitudinem imperij: quorum vitae finem (puta in gladio, in cruce, in flammis, in aquis) existimavimus sine honore. Nos vero (cum illorum via essent pulchra, & semita pacifica) lassati sumus in via iniquitatis, ambulavimusque viae difficiles, quae nos duxerunt ad tenebras sempiternas. Hoc itaque modo vos iudicabitis eos, cum securitatem & gloriam vestram videbunt: suam vero infelicitatem arumnosam sero poenitentes, semetipsos condemnabunt, quod non crediderunt vobiscum in me, terrena caelestibus praeferentes. Ideo namque dicent: *Quid profuit nobis superbia nostra, & divitiarum iactantia quid contulit nobis?* &c. Aut ita: Vos assessores mei eritis dum sedero in potestate iudicaria quia aequitatem & iustitiam meam diuinam contemplantes laudabitis, & sententiam approbabitis iudicantes impios, & aeterna damnatione eos repellentis. Obseruandum tamen hic in futuro nouissimo die, quo, iuxta Ioeleis vaticinium, Dominus aduocabit iudicandos omnes, dicens, *Ascendant & consurgant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi s. deo, ut iudicem omnes gentes in circuitu.* in quadruplici erunt differentia iudices. Beatissima enim Trinitas Deus iudicabit omnes, ut ipse cuius est summa praecipuaque autoritas iudicandi, quantum igitur ad auctoritatem attinet praecipuam, Dei est iudicare. Secundo, Christus homo ut auctoritatis huius executor, per prolationem sententiae iudicabit, ut ipse testatur dicens: *Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit Filio.* Tertio, Apostoli viri perfecti, ut iudicis assessores iudicabunt, hoc est, iudicis laudabunt sententiam. Quarto, dicuntur iudicare minus mali peiores. Hoc modo Niniuita, regina Saba, & Sodomitae, Christo asserente, incredulos, eosque qui grauius deliquerint, quasi his iustiores comparatione innocentiore vitae iudicabunt.*

Merces re-
linquentium
Christi amo-
re omnia ter-
rena quanta
erit.

Apoc. 20.
Apostoli quo-
modo iudica-
bunt cum Chri-
sto in iudicio
extremo.

Sapient. 5.

Prover. 4.

Ioch. 2.

Iudices in
extremo iu-
dicio vii erunt
in quadrupli-
ci differentia.
Trinitas.
Christus.

Ioan. 5.

Apostoli vi-
ri perfecti.
Minus mali
ut iudicabunt
homines pe-
iores.
Math. 12.
Luca 11.
Math. 16.



Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

Relinquere quid sit quidque amittit. etc.

Duo hic sermo postulat. Vnum, quod est omnia relinquere. Aduerte tamen quid sit quod dicit, relinquere. Neque enim dicit qui omnia amittit, sed qui relinquit. Relinquere est sponte carere habitis, tamen si eadem seruire possis. Hoc modo, si fur, si grando, si miles, aut fortuna mala tua aliqua tibi tollat, & tu noueris de necessitate facere virtutem, vt sponte & absque tristitia feras, quod tibi res tua sublata est: iam illam magis reliquisti, quam amisti. Amittere quid potes inuitus, relinquere potes non inuitus. Relinqueri igitur, hoc est, vitro deferenti quid, Christus centuplum promittit restauratum, quamuis (vt dixi) contingat sæpè, vt alij quod relinquant, tibi auferunt. Vbi si resignatus animo fueris æquè ad non habendum, vt ad habendum, foris quidem amittis, animo verò relinquis. Atque ideo Iob sanctus, cum ei ablata forent omnia, dici potuit cuncta reliquisti, quia de illorum amissione non tristior fuit: non maledixit, non murmurauit, nec stultum quid ex impatientia contra Deum locutus est: sed *si bona inquit, de manu Domini accepimus, mala quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit. Sit nomen Domini benedictum.*

Iob 1. 2. 9.

Ibidem.

Philosophi quidem quare temporalia reliquerint sua.

Secundum est, vt quod relinquis propter Deum, relinquant non more philosophorum quorundam, quibus rerum temporalium cura fuit grauis: quare bona temporalia abiecerunt, vt magis liberiusque deinde possent philosophari. Hic itaque qui uxorem, aut agrum aut charum quiduis aliud relinquit, ait Christus, vt animo iam illud non requirat, non diligit, sed tibi subtrahat, aut subtractum esse consentiat propter Deum, hic pro vna centuplum accipiet: non eandem rem centies recipiet, sed pro terrenis cælestia, pro temporalibus æterna, pro carnalibus spiritualia, quæ suo in genere meliora sunt, præstantiora vtilioraque plusque temporalia excedunt, quam centuplum excedit simplum. Itaque temporalia propter Deum relinquentia sunt. Obseruandum tantum, ne aut pro libris aut parentibus, quibus debet necessaria vnde viuant, subtrahas sub specie pietatis. Pietatis enim maximum est, parentes pauperes enutrire, prolesque ad honestatem, donec se ipsas nutrire possint, educare. Quod haudquaquam relinquendum est, vt potè à Domino præceptum. Vide autem, quia Dominus non solum centuplum se redditurum promittit in hac vita, sed post hanc vitam nihilominus vitam pollicetur æternam. Laudatissima igitur est paupertas, quæ propter Deum omnia reliquit, quæ nihil possidet, nihil habere etiam possidendum querit, vbi necessariorum contenta. Nemo tantum, qui fortasse propter Deum se pauperem fecit, aut pauperem se gerit, alios despiciat iudicetve, qui opes habent æternas. Quomodo enim non omnes pauperes sunt beati, vt illorum sit regnum cælorum, ita non cuncti diuites à laude meritoque sunt paupertatis alieni. Pauperes enim quos beatos Euangelium vocat, quibusque à Domino regnum promittitur cælorum, sunt pauperes spiritu, cuiusmodi diuites esse possunt. Sed quidem census non facit semper tumidum aut inflatum, sed animus. Multos quoque

Centuplum accipere qui intelligendum sit.

Pietas erga parentes pauperes & proles vti exhibenda sit.

Paupertas voluntaria quam sit res laudatissima.

Pauperibus quibusnam promittatur regnum cælorum.

quoque diuites & fuisse constat, & esse, qui opes terrenas habent tanquam non habeant, qui de illarum possessione non gaudent, qui ad nil aliud habent, quam vt Christo in obsequium, cultum, amorem atq; proximis in subsidium eas impendant. Hoc modo Abraham, Isaac, Iacob, Loth, Iob: multique sancti in nouo testamento diuites fuerunt, cuiusmodi fuere Ioseph ab Arimathia, Martha, Sabina, Syluester, Gregorius, Leo, sanctique pontifices alij multi, qui diuitias non quas auare retinerent, sed quas pauperibus largire rogarent, habuerunt. Hoc modo Ecclesia bona temporalia abundanter accepit, vt ex his quadam in ministrorum Ecclesie necessarium vsum couerteret: reliqua verò, quae superessent in pupillarum ac viduarum, in pauperumque omnium & afflictorum consolationem alimoniamque expendere. Diceret quis fortasse: Cur tanta Christus promisit relinquentibus terrena, atque temporalia? Dicendum, externorum sollicitudine, actione, affectioneque implicari animum, vt totus nequeat conuerti adhaerere Deo, quam obrem expedit, & necessarium est, à curis occupationibusque terrenis liberum habere animum, quem Deo coniungat: Placet autem maximè Deo, offerri sibi cor mundum, pacatum & liberum, quod totum solus ipse inhabitet ac possideat. Itaque, Apostoli omnia reliquerunt: Primo, quia non tam res temporales, quam habendi animum, amorem, cupiditatem sollicitudinemque temporalium abiecerunt iuxta Domini consilium: *Nisi quis renunciauerit omnibus quae possidet non potest mecum esse discipulus.* Renunciare autem, vt dixi, quis potest diuitijs cuius status, officium est & necessitas, vt temporalia agat, si, iuxta consilium eas Apostoli tractat, vt pote qui eas habet tanquam non habens. Secundo reliquerunt Apostoli mundi amorem: quomodo omnibus quoque nobis dicitur: *Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt.* Quisquis diligit mundum, non est charitas Patris in illo. Item: *Qui vult amicus esse secus huius, inimicus Dei constituetur.* Si igitur Deo placere, Deo acceptus esse, Dei fieri amicus cupis, & Christi discipulus, omnia relinquant oportet: nõ vt prorsus nihil habeas, sed vt nulli rei per amorem inhæreas. Iam vide tu quid tibi sit relinquendum. Id namque ego tibi dicere non sufficio. Interroga interiora animi tui, medullas cordis tui: hoc est, cogitationum, affectionum & intentionum tuarum, & expende quid extra Deum diligas, hoc abijce, hoc relinque. Eam ob rem Apostoli reliquerunt (quod secundo ordine fuerat dicendum) omnia à Dei amore retrahentia. Quod tibi quoque persuadeas necessarium, si villo modo ad perfectionem anhelas. Oporter enim omnia, quae præter Christum te afficiunt, in te moriantur, vt quomodo Paulus de seipso loquens, dicebat, ita dicere verè possis: *Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus.* hoc est: Ego qui persecutor fui Christi & blasphemus, tumidus atque superbus, viuo iam non vt viuebam. His enim vitijs omnibus, quibus viuebam, sum mortuus. Christus autem in me viuit, quia aliud nihil in me viuere sentio nisi Christum. Omnis enim cogitatio mea, omnis affectio, omnis quaesitio, omnis intentio mea Christus est. Tertio, reliquerunt Apostoli ea etiam, quae mediant inter hominem & Deum. Sunt enim quaedam, quae licita quidem sunt, & licet diliguntur, ac sine peccato: amor tamen illorum si immoderatus est, impedit Dei amorem: quia se medium ponit inter Deum & mentem hominis, quo minus eo tempore, dum fertur erga creaturam, ferri potest in Deum.

Huius-

Diuitijs posse laudabiliter vt.

Gen. 13.
Gene. 5.
Gen. 30. 16.
Iob.
Matth. 7.
Ioan. 11.
Ecclesijs cui bona possideat temporalia.

Relinquere omnia cur Christus (solutus). Apostoli quae omnia reliquerunt, Christi amore.

Luc. 4.

1. Cor. 7.

1. Ioan. 2.

Iacob. 4.
Relinquenda omnia quomodo nobis sint.

Mortificanda quae in nobis potissimum sint. Galat. 2.

1. Tim. 4.
Viuens quomodo S. Paulus mortuus fuerit.

Amorem quoniam Dei extinguit amor temporalium.

VI
22

Exod. 6.
Iphel. 3.

Lucæ 14.

Matth. 3.
Lucæ 9.

Periculosa a-
nima quan-
tū pere relin-
quenda sūt.

1. Corin. 9.

Occasiones
peccandi qua-
topere fugi-
enda.

8. Arsenius.

Huiusmodi est amor erga parentes, amicos, uxorem, & huiusmodi, quos in scriptura iubemur diligere: si tamen amor immoderatus est, facit medium inter Deum & animam, ut minus liberè ferri possit mens hominis in Deum. Propterea Christus dicebat: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, non potest meus esse discipulus.* Denique adolescenti vocato, ut se sequeretur, roganti, ut primum permitteretur sepelire patrem suum, Christus respondit: *Sine mortuos sepelire mortuos suos: ita verò vale. & annuncia regnum Dei.* Est ergo in amore licito, etiam saepe numero non nihil, quod impediatur amorè Deo: ideo quia vel nimium est, vel inordinatum est. Quarto, reliquerunt Apostoli omnia anime periculosa. Id enim in quo periculum est, nec tuta securitas, nemo sapiens cauere non debet. Scriptum namque est: *Qui amat periculum peribit in illo.* Multa sunt, quæ generatim præcepta non sunt seruis Dei, ut faciant, aut euitent. Veruntamen, ubi periculum sibi quis metuit, occasione iniqui delinquendi, ibi quantum potest, cauere debet. Carnem comedere, vinum bibere, & alia multa corporis solatia Christus non prohibuit. Quare Potest enim his quis necessario, & tanquam re necessaria, non tanquam sola re delectabili uti, nec (quia non ad voluptatē, sed ad corporis vitæ necessitatē) Deo propterea displicere. Idcirco non erat prohibendum. Alius ibi laqueos parari sibi ab inimico attendit, nec harū rerū sentit necessitatē, cauet periculum, discrete abstineat, memorque sit verbi Apostoli: *Castigo corpus meum & in seruitutē redigo, ne forte cum alijs predicauero, ipse reprobus efficiar.* Declinādæ igitur societates, fugienda colloquia, relinquendæ sunt occasiones. Consiliū hoc Arsenius quondā sibi cælitus dari audiuit: in quo reuera perfectiōnis summa lateret. Fuge, tace, quiesce. Occasiones & pericula fuge, linguam cohibe, & ab omni cura, occupatione, implicationeque animi cor liberū & quietum serua. Quod nobis omnibus largiatur Dominus Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

SERMO IN EODEM FESTO.

De monastica religionis commendatione, & de nouem illius modis siue utilitatibus.

QUI non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus, Lucæ XIII. Quandoquidem dilectissimi festum agimus diem magni & S. patris Antonij, qui omnium monachorum dux est, & signifer eximus, qui innumerabiles ad vitæ monasticæ capessendum institutum suo & exemplo & sermone permouit, non abs re fuerit de monasticæ religionis commendatione apud vos agere: maxime quia hoc in felicissimo seculo ex vltimis inferorum latebris pessilentes quidam prodire, qui & scriptis & verbis & factis etiam illam vsque adeo impugnarunt, nec impugnare desinunt, ut iam multis locis summo contemptu laboret. Quod ipsum sanè vel maxime argumentum esse potest monasticam religionē, & Deo gratissimam, & de demonibus summe inuisam, & hominibus cum primis saluiferā esse. Nā semper optima quæque infestissimos sentiunt hostes & persecutores, impellente nimirum diabolo membra sua, homines impios, ut quod ipsi assequi vel non volunt, vel non valent, penitus extinguere ac profligare nitantur, si possint, aut certe conuictis & calumnijs, probrijsque & alijs multis indignis modis insectentur ac la-
cerent.

Religionem
monasticam
probari esse
Deo.

zere. Ita actum est cum vita monastica, quam diabolus nimium sibi inimicam & aduersam diu multumq̄ expertus, vel ob id solum, quod innumeris per eam seruati sint hodieq̄ seruentur, licet rumpantur illa hæreticis membris illius, excitauit quorundam & ingenia & linguas & manus, quibus, quoad possent, rem optimã & nunquam dignè commendatam acerbissimè & pertinacissimè infectarentur. Et res certè ipsis cessit haud incòmodè, iacentiq̄ nunc multis locis cœnobia vel penitus destructa & euersa, vel omni habitatore destituta, paucosq̄ hodie inuenire est, qui ad amplectendũ aliquod institutum monasticum magnopere aspireat. Quod licet partim hominũ tempore ac presentium oblectamentorũ studio & amore accidat, tamen nõ minime huic malo ansam præbuere scripta quorundam, quibus monasticam & cœnobicam vitã turpiter irrident & iuuentutẽ in illius contemptum ac odium exstimulant, vt parum illis fuerit proprium excussisse cucullum, quẽ semel susceperant, nisi & alios omnes inde auertant.

Ex his est Desiderius ille Erasmus Roterodamus, quem mundus in tertiuũ vsque cælum euehit iudicio suo, vtinam & Christi Iesu, qui, vt cætera illius scripta præmittamus, Colloquia edidit, teneræ ac simplici iuuentuti destinata ac elaborata, quibus petulanter admodum aliquot locis in monachos & vitam monasticam incurrit, ridens suo more quod tamen teste conscientia sua, quam literis quibusdam propria manu scriptis declarat, potius commendare debuerat. De quo viro, quia nimium multis placet, quantum & non paucis viris grauibus & Deum valde amantibus, nec vulgari-ter eruditus multum displicet ob petulantissimam mordendi libidinem, quam ille ex monachorum & Theologorum odio contraxisse videtur, nos hic multis agere nolumus. Habet iudicium suum: si rectè scripsit & bene vixit, iam felix est: sin aliter, infelicissimus est. Videant qui tantum illi tribuunt, qua id conscientia faciant. Itaque vt dixi, nos de illo nihil admodum hic dicturi sumus, ne stulti & sciolj putent nos affectu non ratione duci: tamen committere non possumus, quin quid de illius Colloquijs senserit vir extra omnem controuersiam & pius & eruditissimus Albertus ille Pighius, hic commemoremus.

Ait ergo Pighius iste (qui non monachus fuit, sed Præpositus Traiectensis, tantæ apud eruditos opinionis, vt quidam eum alterum Albertum Magnum appellent) libro II. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, cap. VIII. Dialogis Erasmi (vt dicã ingenue quod sentio) nihil ad noxã religionis excogitari potuit à sentiat Erasmi. diabolo efficacius, non solum ob vnũ hoc, de quo nũc agitur (tametsi hoc ipsum satis graue & magnũ sit) sed ob eiusdem impietatis plurima, quæ illic sub cõposito & elegantis orationis lenocinio mira verborũ festiuitate atati propinat incauta, melle oblitũ scilicet venenum lethale, & animæ toxicũ. Quo semel imbuta recens, ad quos sit vsus valitura in posterũ, quos deinceps promittat fructus præoccupata semel eiusmodi seminibus noxijs in dolens tenera, quis nõ videat? Meo sanè iudicio minus legerent vniuersi blasphemiarum libri ter execrandi illius Lutheri, quibus ex professo, & aperto Marte exporrectatq̄ fronte cõuellit vniuersa dogmata hætenus recepta catholice Christi Ecclesiæ, si legatur à viris, quibus vel tantillum est iudicij (quamuis penè nullis non sit periculosa eiusmodi lectio, quæ ferè affricat contagionis &

Monasticum institutum quam per equatur diabolus per se & per suos.

Religio cœnobitica cur hodie tot habeat olores.

Colloquia & scripta Erasmi quantumdam inuenerint monasticæ religioni.

Albertus Pighius quid de Colloquijs sentiat Erasmi.

Colloquia
Erasmi plus
continere,
quam Luth-
erius quaedam
scripta im-
peticans.

scabiei aliquid, & noxios aliquos scrupulos relinquit in animis legentium, ut de certis discant ambigere) minus inquam laederent vniuersa hanc lecta ijs, quibus est rationis & iudicij aliquid, quam dialogi eiusmodi lecti pueris, & illi cui scripti sunt ætati tenera: ex quibus religione soluti eorum animi, qua maximè ætatem eam constringi oportuit, discant deinceps de rebus diuinis, de Ecclesiasticis dogmatibus & institutis liberè iudicare ac pronunciare, pro suo quisque captu & ingenio: discant floccipendere, contemnere, deridere. Ex qua semente, quam messem factura propediem sit Christi Ecclesia quis non intelligit? Utinam non solum pontificio, sed etiam Imperiali edicto, & anathemate exularent perpetuo à ludis literarijs omnibus, &c. Hæc Albertus ille Pighius vere pius de Colloquijs Erasmi, quem homines tanti faciunt, quanti vix vel Apostolum Paulum, vel Augustinum, & Hieronymum: cum tamen scripta eius aliquot locis insignes habeant errores, quod potest doctorum virorum, atque adeo Parisiensis Vniuersitatis iudicio probari. Quæ nos hoc loco ob id commemorare volumus, ut noverint maximè studiosi adolescentes non nimium esse fidendum dictis scriptisve Erasmi, præsertim vbi ea vituperat, quæ semper apud bonos omnes constat plurimum & autoritatis & laudis habuisse: ex quibus est ea de qua agimus, monastica religio. De qua Erasmi iudicio posthabito & neglecto (Non enim potuit apostata monachus laudare quod ipse deseruerat) audiamus, quid viri sanctissimi, & sancto Spiritu pleni de eadè senserint. Illi ergo vna sententia, quia vno spiritu religioni monasticæ præter alta multa encomia, nouem tribuunt utilitates, quas nos hic tractare statuimus, maximè ob excitandam iuuentutem ad illius amorem, quam impij homines summo studio ad illius odium inflammare conati sunt. Aiunt igitur:

In religione monastica homo viuunt purius, Cedit rarius, Surgit velocius, Incedit cautius, Quiescit securius, Irroratur frequentius, Purgatur citius, Moritur confidentius, Præmium habet copiosius.

Primum id hic commonendi estis charissimi, sicut qui aliquamdiu monachum religiosum & instituti monastici sedulum ac strenuum egit cultorem, facile propria doctus experientia, credit verissimam esse hanc sanctorum patrum sententiam: ita qui expertus non sit, vix posse huic fidem accommodare: maximè si oculos intendat suos in plerisque monachos prohdol dissolute viuentes, & nihil monasticæ grauitatis præ se ferentes, quales passim musti satis visuntur. Talis enim cum nec ipse expertus sit, & complures ex monachis ita cernat viuere, ut penè nihil horum in eis inesse videatur, ad rectè sentiendum de sanctissima vitæ monasticæ professione adducere vix potest. Et tamen nouem isthæc iam enumerata tam certum est religioni monasticæ bene obseruata inesse; eiusque cultores pios ac integros felicissimè experiri, ut prope nihil sit certius. Vnde etiam ab ipso statim nascentis Ecclesiæ exordio monachorum instituta sunt inchoata, agente idmirum Spiritu sancto, & animarum salutis prouidissima benignitate, & benignissima prouidentia consulente, ut haberent omnes, qui cuperent expedius militare Deo, & laqueos innumeros fallacissimi demonis, & impu-

Religio ma-
nastica quæ-
do & à quo
natura sit,

rissimi huius mundi euadere, quo tanquam ad asyllum & animarum tutissimum portum confugerent. Legat qui exactius nosse hæc volet, Philonis librum, quem inscripsit de vita contemplatiua supplicum, & videbit rem esse antiquissimam, & saluberrimo prorsusq; diuino consilio & Dei nutu ac voluntate institutam esse monachorum viuendi rationem. Et tamen audet homines leuissimi irridere, carpere, reijcere, quod ab ipsis inde Apostolorum temporibus per omnium ætates temporum semper à sanctissimis & eruditissimis viris summa laude celebratum est, utpote propria plerisque dotibus experientia, quid ea vita commodi, quid vtilitatis haberet. Prima igitur, ut ante dictum est, religionis monasticæ vel cœnobiticæ vtilitas est, quod in ea homo viuit purius. Vnde hoc probamus? Certissimis rationibus. Cum enim, teste Ioanne Apostolo, omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ sit, sub quibus omne vitiorum genus continetur: utique consequens est ibi purius vitam trahere, ubi isthæc tria studiosius & perfectius profligantur. Id autem fieri in monastica vita satis vel inde liquet, quod monachi omnes, qui tamen regulam, ut vocant, siue institutum ab Ecclesia approbatum & confirmatum sectantur, aduersum tria hæc vitiorum omnium capita tribus sese votis communiunt, è diametro cum iisdem pugnantibus, eaque funditus extirpantibus. Namque ut carnis doment concupiscentiam, promittunt perpetuam castitatem: ut oculorum cupiditate vacent, promittunt voluntariam paupertatem, denique ut superbiæ pestilentissimum profligent virus, obedientiam pollicentur. Quare autem sacramento vel voto solenni se astringunt, nisi ut non liceat vaquam resiliere à sancto proposito, nec post missum ad aratrum manum retrospicere, quod nefas est, & hominem Dei regno ineptum efficit? Est enim homo ex naturæ corruptione mirum in modum instabilis & procliuus in omne malum. Quamobrem consultissimè sanè à patribus sancitum est, ut post integri anni probationem professionem solennem faciant, qui monachi fieri velint, ut vel hoc ipso intelligant, quiduis potius perferendum sibi esse, quam ad vomitum reuertantur. Quis autem verbis vllis possit explicare satis, quantam conferat animi puritatem tria isthæc vota bene obseruata? De virginibus scribit Apostolus: Virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Idem contra de illis, qui in matrimonio viuunt, sic habet: Qui cum vxore est, sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Quapropter idem Apostolus voluit omnes homines esse sui similes, id est, absque coniugio: non tamen est ausus imperare, ne laqueum iniiceret sese continere nolentibus, aut nimium pronis in libidinem: at tamen absque vlla hæsitacione præfert castitatem matrimonio. Qui non potest capere tantum donum, agnoscat imperfectionem suam, & saltem alios patiatur angelicam in terris imitari puritatem. Non inuideat alijs, quod ipse assequi non potest. Si dulcius est ipsi misera carnis vinci ac subdi voluptatibus, & contra animæ dignitatem vilis ancillæ seruum emptitium fieri, non prohibeat alios ad sanctæ religionis castra confugere, ubi ab omnibus ex professo castè viuitur, ubi nefas est quicquam admittere quod violat carnis integritatem: ubi denique grauissima mulctantur poena, si qui voti sui transgressores possint conuinci. Quod si qui hodie in tantam lapsi sunt deformitatem, ut pub-

Purior viui
in religione
monastica.

Vota mona-
stica contra
quædam vitia
ordinata
sunt.

Lucæ 9.
Voto solenni
cur se a-
stringat mo-
nastica vitæ
professores.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Ibidem.

Castitas in
cœnobijs qui
tenetur.

licè in cœnobijs incontinenter viuant, illi quidem monachorum loco habendi non sunt, nec propter eos plurimi innocentes condemnandi, qui magno studio & acri contentione nituntur reddere Domino quod polliciti sunt, carnem suam vigilijs, ieiunijs, orationibus, alijs quàm sanctis exercitijs in seruitutem redigentes, ne lasciuiat aduersus spiritum. Namque & hac de causa huiusmodi piæ & vtilissimæ exercitationes in cœnobijs vltantur & excoluntur, vt possit spiritus pleno iure suo corpori dominari. Quas certò quicumque negligunt, vt nunc proh dolor ab hominibus mundanis plus satis negliguntur, non possunt continenter viuere. Itaque purius viuunt in religione ob Angelicæ puritatis ex professo susceptam imitationem. Quod si dicas, multos etiam in mundo castè viuere, equidem quibusdam id contingere non negauerim, sed tam paucos illos esse res ipsa loquitur, vtiliorum exemplo nemo debeat velle inter infinitas peccandi occasiones hærere in mundo, vbi innumeri quotidie ruunt in turpissima carnis flagitia, eo potissimum nomine, quod inter occasiones veniuntur: quas si reciderent & fugerent, atque ab hominum consortio abstracti, sanctorum monachorum contubernijs sese iungerent, facillimè, Deo propitio, non solum huiusmodi non admitterent scelera, sed etiam purissimè viuèrent. Sed nolumus prolixè nimium, omisso castitatis voto videamus paucis quid puritatis præster homini paupertatis professio. Crescit amor nummi, atque quantum ipsa pecunia crescit. Et qui volunt diuites fieri, teste Apostolo, incedunt in laqueos diaboli. Eodemq; autore: *Cupiditas radix omnium malorum est.* Ergo semel omne habendi & acquirendi ius à se abdicasse, nihilq; omnino habere velle id est, vitia simul omnia radicitus euulsisse, si ita fiat vt oportet. *Qui reliquerit domum, aut agros propter nomen meum, ait Dominus Iesus, triplum accipiet.* id est, mirabiles interioris hominis consolationes & pacis ris suavissimam tranquillitatem cordisq; puritatem quam nihil a quo inficit, vt cupiditas, quæ miserorum corda mortalium in mundo degentium permissiosissimè deuastat. Iam si ad obedientiam venimus, velimusq; æquo pendere iudicio, quàm illa totius mali fontem, quæ est voluntas propria, in homine prorsus obturet, non poterimus quicquam ambigere, quin verissimum sit, longè purius hominem in cœnobio, quàm in mundi strepitu viuere. Vbi enim cuique quiduis agendi, ac omittendi manet potestas ibi fieri non potest, quin multa sæpe mala perpetrentur. Animus enim hominis, præsertim in virtutibus parum exercitati, præce, s factur in vitia, nisi freno quodam contineatur, vbi verò non suo, sed alieno licet arbitrato viuere, illic sanè peccari vix potest, nisi quis relicto alterius, suo malitè duci arbitrio. Non vacat his singulis diuicius immorari, tametsi esset materia copiosissima. Id nimirum ex iam dictis potest esse perspicuum, tanto in religione monastica vitam purius transigi, quanto illic minus licet omnium capitibus vitiorum esse deditum. Et quia difficile ac permolestum est carni & sanguini carere carnis voluptatibus, mundi facultates spernere, superbiam humilitate premere, eare miseri quicquid primo ipsi eculum excussere, & ad Aegypti ollas reuersi sunt: deinde propria perditione minimè contenti, etiam alios quotquot possent, nisi sunt, ad similia perlocare. Quos tamen pij & Deo dediti spreuerunt penitus: impij verò & flo-

2. Cor 6.

Exercitationes contra carnis voluptates in cœnobijs quo spectent.

Paupertas monastica qui semper quantaq; laude extollenda. 1. Timot. 6. Ibidem.

Matth. 19.

Obedientia cœnobitica quam sues seruatores faciat felices

Animus humanus quam sit in vitia procliuus.

Dilectionis monasticæ vitæ quænam quibusdâ occasione præbuerint.

VI
22

lidi quidam non nisi in perniciem suam, & sui similibus sequuti sunt. Altera religionis monastica utilitas est, quod in ea homo cadit rarius. Et hoc iudem ex ea causa, quod rariores habeat peccandi occasiones, & plura bene agendi incitamenta. Et non nunquam ut diabolo tentante & vexante, incipiat quispiam ad peccandum fieri procliuior. Qui si in mundo versetur, ubi rarissima cernuntur virtutis exempla, plurima verò, quæ ad omnem improbitatē nedum illiceant, sed etiam impellant, diabolo tentante cito obsequuntur, & perit miser prauis aliorum exēplis eversus. Si autē sit in cœnobio bene reformato, habet viros virtutis, ad quos confugiat quorū & monitis & exēplis ad resistendū diaboli suggestionibus accendatur. Nemo facile crediderit, quam magnū sit ad persistendū in bono adiumentum conuictus & consuetudo hominū Deū timentū. Testatur hoc Psalmista: *Cum sancto inquit sanctus erit.* Neq; sane dubitari potest permultos adhuc in diuersis diuersorū ordinū cœnobijs viros religiosos Deumq; apprimē amantes reperiri. Mundus autem totus in maligno positus est, adeo ut iam virtutis sit improbos imitari: vitij verò sectari bonos. Quis illic diu possit persistere fortiter, nisi magna & rara animi fortitudine præditus? Sed aiunt scioli quidā, maioris esse virtutis inter malos vixisse bene, quam inter bonos, & ignauia specie esse, occasiones peccandi fugere. Quid dicitis miseri? Nonne hac ratione infiniti pereūt, quod nolunt prauorū consortia fugere? Ipse D. Iohannes Baptista, quamuis in Dei gratia confirmatus, tamen etiam sanctissimos parentes suos fugit, ne scilicet vel tenuissimam ex hominū congressū maculā contraheret. Et vos illo sanctiores & fortiores in media hominū frequentia viuētis, & viuendū censetis? Sed absit ut stultitiam vestrā imitari velint, qui Deo placere cupiant. Sint certē vestri similes, qui malunt hominibus placere, quàm Deo, mundo seruire potius, quàm Deo. Tertia religionis monastica utilitas est, quod in ea homo surgit velocius. Id verò nemo in dubium reuocare poterit, nisi qui nesciat, quam frequens ac prope cōtinua sit in cœnobijs sacre scripture lectio, quæ modo terrendo, modo consolando, modo promittendo incitat lapsos ad resurgendū. Accedit eo tum superiorū, tum fratrum crebra ac seruens exhortatio, etsi necesse sit etiam seuera castigatio. Non enim facile impune peccatur in monasterijs bene institutis, ut etiam si quis velit, non possit diu tacere in vitijs. Dulcissima porro illa necessitas est, quæ cogit hominem manere in officio, & rectē ingredi. Cæterum qui in mundo viuunt raro admodum scripta diuina percipiunt, & pene neminem habent, qui ad corrigendū perperam admissa hortetur. Pleriq; verò ex ijs, qui docti habentur, eo duntaxat scripturas sacras & sanctorum patrū scripta lesitant, ut hominibus sese venditent, & auras populares capiant: quibus ea re plus nocet cognitio scripturarum, quam profit, quando nosse duntaxat illas volunt ob gloriolæ desiderium, non autem præstare quod decet. Quod hominum genus ut plurimum superbum ac tumidum est, & diuinæ gratiæ minime capax. Quo fit, ut sæpè in grauiā labantur vitia, atque adeo in hæreses, vnde vix vnquam emergunt. Non enim ferunt se admoneri aut corrigi, quod sibi sapientissimi videantur.

Quarta religionis utilitas est, quod in ea homo incedit cautius. Cū enim non suo sed alieno, id est, superiorum suorum, quibus propter Deū voluntatem

Cadere rari-
us quinam
contingat in
cœnobijs.

Hominū pro-
barum con-
uictus & consue-
tudo quoniam
præter adiu-
mentū ad bene
viuendum.
Psalm. 17.
1. Ioh. 5.

Consortia
prauorū quā-
tum nocent
incautis.
Math. 5. 11.
Marc. 1.
Luc. 1. 7.

Surgendi ve-
locius ex la-
pſu in vitium
ratio, in cœ-
nobijs quæ.

Doctores q-
nam sacras
scripturas le-
gunt, ut se-
te venditæ.

incedendi in
monasterijs
cautius ra-
tio quæ.



ratem permisi suam, vivat arbitrio, ubique tutus, ubique securus est, nec potest vlli patere periculo, Christi gratia eum protegente, cuius amore sese hominibus submitit. Non enim potest committere Christus pro bonitate sua, quin eiusmodi hominem tum per superiores, tum per alios magis experies, tum etiam propria experientia abunde instituat ac erudiat, quomodo caute debeat ingredi, ne vsquam inimici fraudibus ac nexibus implicetur. Qui verò in mundo viuunt, quicquid libet aut agunt aut omitunt, atque eo ipso innumera contrahunt animæ vulnera: & si quandoque velint seruire Deo & piè viuere, rarissimè ad bonam perueniunt frugem, eo quòd facilimè eos decipere potest malus spiritus, ut vel plus, vel minus quam oportet agant, & aut destruunt sese nimietate, aut inertia negligat & tepescant: quandoquidem suo ducuntur iudicio, nec aliorum consilijs sese submitunt, quod est reuera periculo sissimum. Vix enim potest fieri, ut quis propria ductus voluntate ad veram pertingat sanctitatem.

Volæsti pro-
pria inniti
quam sit om-
nium malorū
sentina & da-
nationis
causa.
1. Pet. 2.
Ingredi caute
quoniam fa-
ciant cenob-
ium.

Quietis in
cenobis
causæ quæ
sunt.
M. th. 6.
Lucæ 12.

Felix anima, quæ Christi illustrata lumine, & eiusdem docta spiritu, non vult sibi relinqui, nec suo permitti iudicio, sed magis duci alieno: nec prædit ingenio aut sapientiæ suæ, sed exemplo filij Dei subdita est homini propter Deum. Quæ res monachos in religione facit cautissimè ingredi, & innumera pericula euadere, quibus inuoluuntur, qui ipsos se sibi duces constitunt. putantque felicius esse suapte voluntate, quam sub alterius obedientia viuere: tanquam illud liberum, istud coactiuum sit. Sed errant. Nihil enim gratius Deo, quam omni propria calcata voluntate, ex alterius præcepto viuere, nec sibi velle licere quicquid libitum sit, sed id duntaxat, quod is, cui se submitit, imperarit. Posset hoc innumeris scripturæ diuinæ & sanctorum Patrum testimonijs confirmari, nisi breuitati studeremus. Quinta monastica vitæ utilitas est, quod illius cultor quiescit securus. Quid enim illius possit interurbare quiete, qui omnem omnino temporalium rerum curam vanamque sollicitudinem abiecit, qui non est sollicitus in crastinum, qui nesciens qua hora Dominus suus venturus sit, sic exigit omnem diem, tanquam hodie venturus sit? Quid verò hac quiete suauis, quidve securus, corpore quidem in mundo degere, sed animo iam in cælis versari, nolite quicquam curare temporarium tanquam indignum, quo animus immortalis, & ad sublimia vocatus, occupetur ac distineatur, atque iugiter in serenæ conscientie amoenissimo thalamo ac tranquillissimo sinu quiescere, & omnem cogitationem, amorem, studium, intentionem, desiderium suum in vno illo summo & vero bono defigere, illo vnice delectari: horrere quicquid pacem turbat pectoris, ut Deus pacis perpetim in ipso commorari delectetur? In mundo autem quam sint perturbata & tumultuosa omnia quis non videat? Quis ibi vnquam possit vera mentis quiete perfrui, vbi tot per se sunt perturbatores, quot conciuues vel conuictores? Ea ex causa etiam philosophos quosdam legimus hominum fugisse frequentiam, & ad loca solitaria secessisse, quo liberius possent vacare sapientiæ. Vsque adeo res ipsa loquitur, vix quenquam posse inter homines animi tranquillitatem assequi.

In mudo ad
posse veram
inueniri qui-
eternam.

Rore cele-
stis consolati-
onis per-
suadi mona-
stices veros
professores.

Sexta monasticæ vitæ utilitas est, quod rore celestis gratiæ & diuinæ consolationis illius sectator crebrius perfruiditur. Hoc ipse Dominus promittere dignatus est in Euangelio, vbi ait: *Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem,*

VI
22

ant fratres, aut sorores, aut uxore, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, id est, vt SS. Doctores exponunt, pro carnalibus & temporalibus quæ contempserit, spiritualia recipiet, vt spiritualibus foueatur delectationibus, qui carnales repudiavit. Iam ante probauimus in religione purius vitam transigi. Vbi autem puritas cordis est, ibi gratia continere se non potest, quin vberim ac continenter in ipsam influat. Quantum autem eiusmodi supernæ gratiæ, diuinæq; dulcedinis & supernæ consolationis mellis ros omnem mundi voluptatem, gaudium, consolationes excedat, nemo vnquam digne exprimere poterit. Et tamen plures inuenias licet, qui monachos putent miseros, eo quod multa huius mundi oblectamenta abijciant, nec fruantur voluptatibus temporarijs, quasi non multo felicius sit vel vnam celestis roris guttulam percipere, quam omnibus labentis vitæ oblectamentis in vnum conflatu perfrui. *Secura mens*, ait Salomon, *quasi iuge conuiuium*. Qui autem mundi vanitatibus & voluptatibus dediti sunt, ij nunquam quicquam diuinæ suauitatis sentire merentur, & viuunt vitam longè miseriam, post breuissima oblectamenta pœnas æternas luituri. *Ducunt in bonu dies suos*, ait S. Iob, & *in puncto ad inferna descendunt*.

Seculo dedi-
ti homines
cur mona-
chos existi-
meant infeli-
ces ipsi mul-
to infelicis-
simi.

Proverb. 19.
Tob 21.

Septima religionis monasticæ utilitas est, quod sui cultorem citius purgat. Habet enim plurima tum interna, tum externa, tum spiritualia, tum corporalia exercitia, quibus anima mirum in modum purgatur. Vt sunt verbi causa, Orationes, Ieiunia, Vigilia, Corporis castigationes, frequens Confessio, ac penè quotidiana Eucharistiæ sumptio: pluraq; alia, quibus facillimè puritas obtinetur. Quæ certè ita rara visuntur apud homines in nullo hærentes, vt propè nullus talibus occupari dignetur. Et tamen maxima sepe & innumera committunt peccata: vnde merito ad eiusmodi remedia studiosius confugere debent. Sed addit libentius iniquitati iniquitates: & quia ipsi se iam purgare nolunt, necesse est flammis sulphureis semper arsuris sine fine exurantur, nec fictamen vnquam expurgandi. Quanto rectius faciunt qui timore Diuini iudicij, & Christi amore confugiunt ad pœnitentiæ officinam, videlicet religionem monasticam, vt illic ipsi vltro castigentur, quod in Deum perperam se admisisse norunt, & sordentium maculas amarum pœnitentiæ lauacro & continuis lachrymis, alijsq; ante dictis exercitijs citius eluant, expient, aboleantq;. Octaua monasticæ vitæ utilitas est, quod illius alumni confidentius moriuntur. Mortem non facit terribilem, nisi peccati consciëntia. Vbi igitur peccatum ex consciëntia profligatum est, & animus Deo puri amoris integra confessione, & purissima adhesionem vnitus, quid illic terrores omnium licet terribilium terribilissima mors adferre queat? Qui in hac vita sic semper degunt, vt exules & peregrini, ne hic se putent habere manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt, qui hic nolunt risu, iocis, ludis, atq; alijs mundi vanitatibus & voluptatibus dissolui: sed aut propriam aut alienam plangunt iniquitatem, dicuntq; cum Propheta: *Heu mihi, quia inuolatus meus prolongatus est*. Et: *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Quibus denique viuere Christus est & mori lucrum, quid illi mortem timeant? Et licet nulla res maiorem in morte præstet fiduciam, quam sanguis & mors agni immaculati, Christi Iesu redemptoris, tamen plurimum etiam bonæ spei, & sanctæ conscientie ingerit vitæ bene transactæ conscientia.

Religiosi coe-
nabit quinã
cito purgen-
tur à maculis
culpatum.

Liberius vi-
uendo in mû-
do quæ ma-
la contra-
hantur.

Monachi ve-
ri vi confide-
ter mortē ex-
cipiant.

Mertem que-
nam faciunt
terribilem
homini.

Psal. 39.
Gal. 4.
Philip. 1.

Fiduciam que-
nam maiore
præstant ho-
mini in mor-
te.



Matth. 11.

Atque ita necesse est, vt qui in religione Deo strenue seruiert, iugiter Domini suave & onus leue fortiter tulerit, vtoraq; sua debite persoluerit, ipsa recte transacta vitæ conscientia, non solum non trepidet, sed etiã magno opere aspiret, securusq; pergat ad mortem. Non enim est alia ad Deum videndum ac fruendum via, nisi corporis dissolutio. Quam felix mens, que vbi moriendum est, Christo se vixisse, Christi q; vestigia sectatam gratulari potest, & spretis mundi inanissimis gaudijs, cum Christo & sanctis omnibus gaudet se per arctam salutis viam, & angustam portam ingressam esse. Nona deniq; vitæ monasticæ utilitas est, quod illius cultor copiosus à Deo recipit præmium. *Vnusquisque mercedem accipiet, ait Apostolus, secundum suum laborem.* Et: *qui parce seminat parce & metet.* Si ergo, quod nemo negare potest, in religiosis cœnobijs plures maioresq; pro Deo & virtute labores suscipiuntur, quam ab hominibus in mundo viuentibus, dicere ferè semper ex obedientia, non propria voluntate, qua vt plurimum dicuntur etiam qui bene viuunt in mundo, quis illis audeat maius negare præmium apud Deum? Certè æquissimus humanarum actionum examinator, ac iustissimus remunerator, nec minimum aliquid ipsius amore gestum vel toleratum, sua mercede fraudabit.

Matth. 7.

Lucæ 1.

Item à quâ

magnificum

recipi vere

religiosus

post mortē.

1. Cor. 1.

2. Cor. 9.

Parces pro-
hos non de-
bere proles
impedire ab
ingressu re-
ligionis.

Ergo dilectissimi cognitis hisce sanctæ religionis monasticæ commodis, in eam quæso curam incumbite, vt ne vos vnquam illius odio ab sceleribus hominibus inflammari patiamini: & si qui vobis filij aut filie sunt, quos delectet seruire Christo, & institutum aliquod monasticum amplecti, illis non solum non impediat, quod faciunt multi summo cum periculo ac pernicie sua, & prolium suarum, sed etiam adiumento illis sitis, vt tam salutare animi propositum possint exequi. Quod certè vobis summam apud Deum conciliabit gratiam, & in ipso mortis articulo non parum præstabit fiduciam, quod scilicet proles habeatis, quarum precibus apud Deum vos iuuari posse non dubiteris. Tales enim plurimum pro suis parentibus orant, & sæpe illis obtinent à Deo, quod nunquam ipsi impetrassent, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

IN FESTO S. FABIANI ET SEBASTIANI
martyrum. Epistola B. Pauli Apost. ad Hebr. Cap. XI.



Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adieci-
sunt repromissiones. Obstrauerunt ora leonum, extrinserunt os
perum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate,
fortes facti sunt in bello. Castra vicerunt exteriorum: acci-
perunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem as-
senti sunt, non suscipientes redemptionem, vt melior em inuenirent resurre-
ctionem. Alij vero ludibria & verbera experti, in super & vincula, & car-
ceres. Lapidati sunt, sceltri sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt.
Circumierunt in melotis, in pellibus caprimis, egentes angustiati, afflicti: quibus
dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis